

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 1440

**Autre(s) référence(s) :** Fauroux 14 / Tabuteau 111

**Auteur(s) :** Berno, Bourgueil, Saint-Pierre (abbé)

**Bénéficiaire(s) :** Robert Ier Ospac, Jumièges, Saint-Pierre (abbé)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** ...1012...

**Action juridique :** échange

**Description de l'original :** chirographe

**Langue du texte :** latin  
chirographe

## Analyse

Richard II et Guillaume duc d'Aquitaine approuvent l'échange convenu entre Berno abbé de Bourgueil et Robert abbé de Jumièges pour leurs abbayes respectives : le domaine de Longueville appartenant à Bourgueil sis en Normandie passant à Jumièges, celui de Tourtenay, appartenant à Jumièges, et proche de Bourgueil passant à cette dernière abbaye. La congrégation de Bourgueil, et les chanoines de Jumièges donnent leur approbation.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

- a. Musset Lucien, *Actes inédits du XIe siècle* III. Les plus anciennes chartes de l'abbaye de Bourgueil, *BSAN* n° 54, 1957-1958, p. 51, n° V.
- b. Fauroux Marie, *Recueil des actes des ducs de Normandie de 911 à 1066*, Caen, Caron (MSAN ; 36), 1961, n° 14, p. 89-91.

## Dissertation critique

Sur cette datation, voir FAUROUX, p. 90.

Texte établi d'après b

In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis, Patris scilicet Filii et Spiritus Sancti. Quicquid ad futuræ successionis utilitatem iudicio sapientum sapienter esse comprobatur statutum ne oblivioni tradatur neque aliter quam factum est post temporis longitudinem a veritate pervertatur id ad memoriam futurorum clavibus fidei quem scripturæ fideliter est committendum neque id filiis qui nascuntur et exurgent, ut et ipsi narrent filiis suis credendum. Abundavit enim malitia et ideo superexcrevit iniquitas multorum et quia regnant undique fraudes nusquam sperari potest inviolata fides. Quapropter ut notum fiat Christi fidelibus tam futuris quam presentibus scripturæ commendavimus, quod Burguliensis atque Gimigiensis coenobii, Berno scilicet atque Rotbertus abbates, convenimus ut commutationem atque concambium, per assensum nostrorum principum Guillelmi scilicet Aquitanorum ducis atque Richardi Normannorum marchionis, de duabus nostris potestatibus faceremus, quarum una vocatur Longuavilla et pertinet ad Burgulium, in Normannia sita prope Gimegiense cænobium, altera dicitur Tortiniacus pertinens ad Gimegias, et est Burgulio vicina quæ est in Aquitaniæ regno locata. Omnia igitur quæcumque in supradictis potestatibus visi

sumus possidere vel quicumque ad easdem de nostro videntur pertinere, ideo commutavimus ut unumquodque cænobium haberet, teneret atque in perpetuum propter commoditatem possideret quod unicuique erat vicinius. Et ut hæc commutatio firma permaneat atque inviolabilis, quia laudatur a nostrarum congregationum fratribus, ab episcopis quoque nostris et principibus, et ab eorum canonicis atque militibus, ad futuræ successionis memoriam, hanc scribere fecimus, eamque sub chirographo insigniri præcepimus.